



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguae Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

Exercitatio Grammatica In Psalmvm XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)


EXERCITATIO
GRAMMATICA IN
PSALMVM XXXIII.

Secundum

Hebræos trigesimumquartum.

א

VERVS I.

semper	tempore omni in	Domiu[m] Benedicam
תָמִיד	בְּכָל־עַת	אָכְרָכָה אֶת־יְהוָה
tamid	nghet chol be	Adonai eth Anarecha
	in ore meo.	laus eius
	בְּפָיו	תְּהִלָּתוֹ
	rephi.	tchillatho

אָכְרָכָה] *Benedicam*. Est prima persona singularis futuri à verbo בָּךְ in conjugatione Piel. Itaque prima litera נ est formativa primæ personæ futuri, vide in Gr̄amatica, parte 3, cap. 2.nu.8. Deberet autem hæc litera habere sub se sceua simplex, id enim requirit coniugatio Piel: tamen habet sceua compositum, quia literæ guttur

turales , qualis est **N**, non patiuntur
 sub se initio dictionis sceua simplex.
 vide par. 1. cap. 2. nu. 2. Secunda lite-
 ra **ɔ** est prima radicalis , & habet sub
 se camets, non patach , vt coniuga-
 tio Piel requireret , quia sequens lite-
 ra deberet habere daghes forte, quod
 est signum coniugationis Piel, cuius
 tamēn non est capax , & propterea
 suppletur per longam vocalem præ-
 cedentem. vide par. 3, capite 2, con-
 jug. 3, numer. 3. Linea quæ sequitur
 post camets, est accentus rhetoricus,
 qui dicitur Metheg , cuius officium
 est retinere syllabam , sine quo illud
 camets non esset camets , sed camets
 chatuph. vide par. 1, cap. 2, num. 2: &
 par. 1, cap. 6. nu. 1. Tertia litera, quæ
 est **ŋ**, est secunda radicalis , & debe-
 ret habere sub se punctum tsere , sed
 habet sceua mobile propter **n** super-
 additum in fine , de quo mox dice-
 mus. Quarta litera, quæ est **ɔ**, est ul-
 tima

tima radicalis, & habet sub se camets propter sequērem literam, nam alioqui sceua quiescens habere deberet hoc modo, אַבְרָךְ. Ultima litera est paragogica, ornatus gratia superaddita. vide par. 3. cap. 7, nu. 2.

תְּאֵן] Est articulus accusatiui casus, par. 2, cap. 2. Linea sequens, est accentus rhetoricus, qui dicitur Maccaph, coniungit vnam dictionem cum altera. vide p. 1, cap. 6, nu. 1. & præterea puncta longa mutat in brevia, ut hoc loco תְּאֵן (sic enim scribitur sine Maccaph) mutat in תְּאֵן. vide par. 2, capit. 5. num. 2.

תְּהִוֵּה Nomen est proprium Dei, cuius radix est תְּהִוֵּה, quod verbum significat, fuit. Itaq; prima litera, quæ est jod, est formatiua nominis proprij, vide par. 2, cap. 2, ap. Reliquæ tres literæ radicem ipsam exprimunt, nisi quòd loco jod, quæ esse debuit secunda radicalis, ponitur vau. Sunt enim

enim hæ literæ permutabiles. Sanè pronunciatio hujus nominis vera, atq; germana ignota est: & idcirco qui primi puncta vocalia repererunt, quum hujus vocabuli sonum proprium ignorarent, puncta ei aliena, id est, nominis אָדוֹןְ subjecterunt, nimirum vbi hoc nomen אָדוֹןְ inueniremus, per aliud nomen Dei, sonum ejus efferrimus. Neque nos mouere debet quòd in voce אָדוֹןְ primum punctum est sceua compositum: in voce autem אָדוֹןְ sceua simplex. Id enim ex eo accidit, quod nec & initio dictionis sceua simplex ferre possit, quū sit gutturalis litera, nec jod sceua compositum sub se vñquam habere soleat. Quod verò alioqui puncta nominis אָדוֹןְ sint ipsa puncta nominis אָדוֹןְ, & Adonai legendum sit, non Iehova, quum occurrit nomen Dei אָדוֹןְ, quatuor rationibus ostendi potest. Primum quidem quia vbi-
cunq;

cunque simul occurunt hæc duo nomina, ne cogamur bis dicere Adonai, ipsi nomini יהוה puncta subjiciuntur nominis אלֹהִים, ut initio Abdijæ Prophetæ אָדָנִי יהוּה, & in fine Habacuc, יהוּה אָדָנִי חִילֵי. Deinde quia si præcedat hoc nomen litera seruilis, ב, vel ב, vel ל, aut נ, non scribitur, בְּיְהֻוָה, בְּיְהֻוָה, לְיְהֻוָה וְיְהֻוָה, ut secundum regulas scribendum esset, si Iehoua pronunciaremus, sed בְּיְהֻוָה בְּיְהֻוָה, לְיְהֻוָה וְיְהֻוָה, ut nomen ipsum Adonai requirit. vide par. 4, c. 2, nu. 10. Tum quia post כְּפַת literæ recipiunt daghes lene, ut in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidem ultima litera vocis Iehoua est נ quiescens, ultima vero vocis Adonai est י mobile. Literæ autem illæ initio dictionis semper habent daghes lene, nisi præcedat litera quiescens. vide

de par. 1, ca. 4, Ap. Cur denique Pro-
uerb. 16. 16. scribitur מִיחָה ? nisi quia
pronunciatione huius vocis, post ו
sequitur נ, quæ litera non est capax
daghes, & ideo verti debet chiric in
tsere sub litera mem. vide par. 4, cap.

2, num. 7. & 9. Neque verò Rabbini<sup>Rabbini pū
ctorū inue-
tores.</sup>
punctorum inuentores primi sunt,

qui nomen Dei יְהוָה per אֱדֹנִי efferre
cœperūt. Siquidem S. Hieronymus,
istis Rabbinis antiquior, Exod. ca. 6,
ver. 3, ita vertit illa Hebraica verba,
וּשְׁמֵי יְהוָה לֹא נָרוּצָתִי לְהַם:
Adonai nō indicauit eis. Origenes quo-
que, B. Hieronymo vetustior, in tetra-
plis atq; hexaplis suis in ea columnā,
in qua voces Hebraicas Græcis lite-
ris descripsit, ubique pro יְהוָה אֱדוֹןָא
posuisse fertur. Ipsi etiam Lxx. vetu-
stissimi interpretes semper nomē יהוָה
per κύρων reddiderunt, quod Latinè
Dominus, Hebraicè אֱדֹנִי dicitur, &
quod est omnium maximum, Chri-
stus,

stus, & Apostoli, quum saepe ex testamento veteri proferant testimonia, in quibus hoc nomen continetur, nunquam tamen Iehoua dixerunt, sed semper Dominus: quum tamen alia nomina propria suis vocibus expresserint, ut Adam, Noe, Abraham, Euam, Saram, Mariam. Deni-
Nomen Ie-
houa apud
veteres in-
auditum. que apud veteres omnes inauditum fuit semper nomen Iehoua: & licet aliqui nomen יהוָה per Iaho, ut Clemens Alex.lib. 5. Strom. Macrob.lib. 1. Saturnal.cap. 18. & Diodorus Siculus lib 1.Bibliothecæ: aliqui per Iaue, aut Iah, ut Theodoretus q. 15.in Exodum, exprimi posse crediderunt, plures tamen hoc nomen τετσαγέριμαρν, & αἴρητον, atq; αἰνένθωντον vocarunt. Vide Orig. hom. 14. in lib. Num. Euseb.l. 11. de præpar. Euan. cap. 8. Greg. Nazianz oratione 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exo. Hieron. epist. 136. ad Marcellam, & in

in cap. 16. Ezech. Non displicer tam
men eorum coniectura, qui nomen
hoc nihil aliud esse credunt, nisi ter-
tiam personam futuri verbi substanc-
tiui, & hunc in modum scribi, & ef-
ferri debere, יְהִי jihje, quod signifi-
cat, erit, siue erat, siue est, quod pro-
priè Deo soli conuenire docemur
Exodi 3.

ל in omni. Litera ל, cum sceua
mobili deseruit loco præpositionis
in. vide par. 4, cap. 2, nu. 2. Vox autem
כָל käl est nomen indeclinabile, signifi-
catq; omne, totum, vniuersum, in
quolibet genere, numero, & casu.
Deriuatur per detractionem vnius
literæ à verbo בָל bäl, quod significat,
perfecit. vide par. 2, cap. 2, ap. Per de-
tractionem, &c. & si quidem non se-
quatur accentus maccaph, scribitur
per cholem, si verò sequatur, vt hoc
loco, scribitur per camets chatuph,
כָל. vide par. 2, cap. 2, nu. 5.

T ny

ny *tempore.* Nomen est deriuatum formatum per detractionem à radice **ny**, quod est, inuertit, quia tempus videlicet omnia mutat, & inuertit. Sed fortasse verius dicemus radicem eius esse **ny**, quod verbum non est amplius in uisa. Nam in plurali **ny** facit **ony**, ubi punctum daghēs indicat defectū alterius tau radicalis, vide par. 2, cap. 5, nu. 5. Porro furcula inuersa quæ subiecta est huic voci **ny**, est accentus distinguens medianam periodum, diciturq; athnach. vide par. 1, cap. 6, num. 4. Secundus est, &c.

תָּמִם *semper.* Adverbium temporis est, significatq; quotidie, semper, jugiter. vide par. 4, cap. 1. nu. 3. Est etiam nomen significans quotidianum, continuum, juge.

תְּהִלָּה *laus eius.* Nomen est femininum cum pronomine affixo tertiae personæ. Radix est **תְּהִלָּה** laudavit, inde

inde sit nomen הַלְּהָ, laus, ubi tau est
litera formativa nominis. vide par. 2,
cap. 2, ap. & par. 4, cap. 2. nu. 5. Litera
הַ & לְ sunt prima, & tertia radicalis:
secunda radicalis deest, sed loco eius
est dages forte in tertia. Postrema
litera he cum praecedente camets, est
signum generis foemini, vide par.
2, c. 1. n. 3, Foemina, &c. in regimine
genitiui vertitur he in tau, & pro
הַהְלָה, dicitur הַהְלָה. vide par. 2. capit. 1.
nu. vlt. At in nominibus, &c. Addito
autem pronomine affixo, redit ca-
mets, & sit in הַהְלָה laus eius. vide par. 2.
cap. 4, & 5.

[בְּ] in ore meo. Litera בְּ est præpo-
sitio, in, ut suprà diximus, & caret da-
ghes leni propter praecedentem lite-
ram quiescentem. Vox autem בְּ est
nomen cum affixo pronomine pri-
mæ personæ. Radix est נָ, os, ac тùm
in regimine simplici. тùm cum affixo
primæ personæ facit вְ, in plurali вְ,

T 2 ora,

ora. vide par. 2, cap. 5, nu. 9. Sicut etiam duo, &c. linea subiecta huic vocis פִּי, est accentus distinguens integrum periodum, dicitur q; soph passch. vide par. 1. cap. 6. nu. 3. Primus dicitur, &c.

ב

VERSVS II.

audient	mea anima:	laudabitur	In Domino
ישמעוּ	נֶפְשָׁי	תְּהִלָּל	בִּיהוּה
semenghi	naphsci	tithhallet	Badonai
		lætabuntur. &	mansueti
	וַיֵּשֶׁמְחוּ	עֲנוֹנוּם	
	veysmachi	nghianavim	

בִּיהוּה] In Domiuo. Litera ב seruit loco præpositionis in, יהוה est nomen Dei, de quo suprà diximus.

תְּהִלָּל] laudabitur. Est tertia persona futuri, generis fœminini, verbi לְלַל in conjugatione Hithpael. vide par. 3, cap. 2. Quia verò verba in conjugatione Hithpael significat actionem in seipsum, ideo תְּהִלָּל significat laudabitur anima à se ipfa, sed in Do-

Domino, non in seipsa, id est laudando Dominum, seipsam quodammodo laudabit, quum laus Domini in seruos etiam redunderet. Nisi magis placeat. hic laudari accipi, pro latari, & gloriari.

] *נֶפֶשׁ anima mea.* Nomen est fœmininū cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est ipsum nomen נֶפֶשׁ, anima, & cum affixo נֶפֶשׁ, anima mea. De ista punctorum mutatione vide par. 2, cap. 5.

] *ישמעוּ audient.* Tertia persona est futuri, numeri multitudinis, verbi יִשְׁמַע in conjugatione Kal: sicut enim à fit לִמְדֹת, ita à יִשְׁמַע audiuīt, sic יִשְׁמַע audient, vide par. 3, c. 2. Quia tamen Hebræi carent imperativo tertii personæ, & pro eo usurpant futurum, idcirco noster interpres recte vertit, audiant.

] *עֲנוֹנִים mansueti.* Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix

T 3 est

est **מַנְיָה**, quod verbum significat, respondit, humilis, pauper, mitis fuit. Inde fit nomen **מַנְיָה**, mitis, mansuetus, humilis, ubi **וּ** est loco **וְ** ultimæ radicalis, in plurali **מַנְיִים**, sicut **אֶבֶרְ**, fit **דְּבָרִים**, nisi quòd sub prima litera vocis **מַנְיָה** est sceua compositum, quia nghain est litera gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulare, vide par. 2, cap. 1, num. 1.

וְיִשְׁמַחוּ & latentur. Litera **וְ** est servilis, significatq; hoc loco, &c. vide par. 4, ca. 2, n. 10. Quartò est nota, &c. Vox autem **וְיִשְׁמַחוּ** est tertia persona pluralis futuri, verbi **וְיִשְׁמַחֵ**, in conjugatione Kal. Debuit autem secundùm regulam scribi **וְיִשְׁמַחוּ**, sicut **וְיִשְׁמַעְ**; tamen propter accentum soph passch, qui indicat finem periodi, mutatum est sceua secundæ radicalis in camets. Hoc etiam loco pro futuro, latabuntur, rectè vertit Interpres per modum imperandi, latentur, quòd

ca-

careant Hebræi tertia persona imperatiui.

ג

VERSVS III.

exalteamus &	mecum;	Dominum	Magnificate
וְנֹרֶםָה	אַתִּי	לֵיהּוּה	גָּדְלֹו
unter mema	isti	ladonai	Gaddelu
	pariter.	ejus nomen	
	יְחִדָּה	שְׁמָוֹן	
	iachdau.	sciendo	

גָּדְלֹו Magnificate. Est secunda persona numeri multitudinis, modi imperatiui, verbi גָּדַל, in coniugatione Piel. Itaque גָּדַל significat, magnus fuit, in Piel גָּדַל, magnificavit, in imperativo גָּדְלוּ, magnificate, sicut גָּמָרְנוּ. vide par. 3, c. 2, coning. 3.

לֵיהּוּה Dominum. Litera ל est servilis, deseruitque hoc loco pro articulo accusatiui casus, vel potius verbum גָּדַל datiuo jungitur. vide par. 2, ca. 1. Deinde יְהִזְהָה dictum est.

אַתִּי mecum. Præpositio est cum affixo pronomine primæ personæ

T 4 Nam

Nam **תְּ** est præpositio cum, vide par. 4, cap. 1, num. 22, & recipit affixa more nominum, vide par. 4, cap. 1, num. 23.

[**וְגַדְלֵנִים**] *& exaltemus*, Litera **וְ** seruila est, significans, &. Habet autem punctum in ventre loco sceua, propter aliud sceua sequens. vide par. 4, cap. 2, num. 11. Vox **נֶרְוֹמָה** *est* prima persona pluralis futuri in Piel, à verbo **רוֹם**, cum superaddito **וְ** paragogico. Radix ergo *est* **רוֹם**, quod *est* verbum ex quiescentibus nghain vau, & significat exaltauit. In Piel, siue Poel facit **רוֹמָם** exaltauit, in futuro **אֲרוֹמָם** **רוֹמָם** **תְּרוֹמָם** **נֶרוֹמָם**: addito autem **וְ** paragogico fit **נֶרוֹמָה**, exaltabimus, vel exaltemus, de more Hebreorum, qui per futurum expriment etiam imperatiuum.

[**וְשָׁם**] *nomen eius*. Nomen cum affixo tertiae personæ. Radix *est* **שָׁם**, & cum affixo **וְשָׁם**, nomen ejus. vide par.

par.2, cap.5, num. 10.

] *pariter*. Aduerbiū à radice יְחִרָה, quod verbum significat con-jungere. Inde enim sit aduerbiū יְחִרָה, & יְחִרָה, pariter, simul. vide par.4, cap.1, num. 19.

ל

VERSVS I III.

omnibus ex & me audiuīt: & Dominum Quesiū
וּפְכַל וְעַנְנֵי דַרְשָׁתִי אֶת־יְהֹוָה
vmiccol vengbanani Adonai eth Darasheth
me liberauit. meis, pauoribus
הַצּוֹלָנוּ מְגֻרוֹתִי
hitfilani megurothah

] *Quasiui*. Prima persona sin-gularis, præteriti, verbi שָׁרַץ, in con-jugatione kal, sicut לְמַדְתִּי. vide par.3, cap.1, conjug. 1.

] וְעַנְנֵי & audiuīt me. Tertia persona singularis præteriti, verbi שָׁרַץ audiuīt, respondit, in conjugatione Kal, cum affixo primæ personæ. Si-qui-dem tertia radicalis ad p̄äsentiam affixorum excidere solet. Itaq; לְנַהֲנָה

T S ad-

additō י, quod est affixum primæ personæ, & remota litera ה, fit עַנְנֵי audiuit me, siue respondit mihi. vide par. 3, cap. 6, num. 6.

וּמְכָל } & ex omnibus. Litera ו seruallis est significans, &c: habet autem punctum in ventre loco sceua propter sequentem literam labialem. vide par. 4, cap. 2, num. 11. Sequens particula מ est præpositio מ, quæ significat ex, ab, de, sed euphoniacæ causa vbiique perdit literam מ, & loco ejus insigit daghes in seuentu: vide par. 4, cap. 2, num. 7. De voce כָּל dictum est versu primo.

פָּנוֹרְבָּס pauoribus meis. Nomen est fœmininum numeri pluralis cum affixo primæ personæ. Radix est פָּנוֹר, quod verbum significat, peregrinari, & pauere. Inde fit nomen masculinum פָּנוֹר, siue פָּנוֹרָה, pauor, vbi litera ה est formativa nominis. vide par. 2, c. 2, ap. Ab hoc masculino פָּנוֹר, fit fœ-

fœminium. **מִגְוָרָה**. vide par. 2, cap. 2, num. 2. in pluraj **מִגְוָרֹת**, pauores. vide par. 2, cap. 2, num. 6, & cum affixo **מִגְוָרוֹתִי** pauores mei.

הַצִּילָנִי] liberavit me. Præteriti persona tertia singul. verbi **נִצֵּל**, in conjugatione Hiphil, cum affixo primæ personæ. Itaque **אָנִצֵּל**, quod est verbum ex defectiuis Pe nun, fit in Hiphil **הַצִּיל**, liberavit. vide par. 3, cap. 3, Pe nun, &c. & cum affixo **הַצִּילָנִי** liberavit me. vide par. 3. ca. 6, nu. 6, & 24. sub litera **ל** est camets pro patach; siquidem ante affixum primæ personæ in verbis ponitur patach. vide par. 3, cap. 6, numer. 6, tamen propter accentum soph pasuch vertitur hoc loco patach in camets. vide parte 2, cap. 5, num. 2.

500 EXERCITATIO
ח

VERSUS V.

corum facies & sunt illustrati, & cum ad Aspexerunt

וּפְנֵיהם

aphenehem

וַגָּהָרוֹ

yanaharu

אֶלְיוֹן

elau

Hibbitu

confundentur. non

אַל־יִחְפְּרוּ

iechparu al

Aspexerunt. Tertia persona
pluralis præteriti, verbi in נִבְטָה in Hiphil.
Verbum נִבְטָה ex defectiuis Pe nun, in
Hiphil facit הַבִּיטָה, aspexit. Inde
aspexerunt.

Sciendum est D. Hieronymum;
& L xx. interpretes non legisse
הַבִּיטָה, in imperatiuo, & ideo ver-
tisse, accedite, videlicet oculis, id est,
respicite.

ad eum. Præpositio cum affi-
xo. Radix videtur esse אלה, inde fit
præpositio אל ad, & scribitur cum
segol, ut distinguatur ab אל, quod
est vnum ex nominibus Dei: cum
affixo personæ mutat segol in tsere,
&

& additur jod post lamed, & sic **וְלֹא**
ad eum. vide par. 4, cap. 1, nu. 23. ap.

] *וְנַהֲרָוּ* & illuminari sunt. Tertia per-
sona pluralis verbi **נַהֲרָה**, in Kal. **נַהֲרָה** si-
gnificat confluxit, illuminatus est. in
tertia persona plurali facit **נַהֲרָוּ**, ubi
sub litera **ה** est sceua cōpositum, non
simplex de more aliorum verborum,
quia **ה** litera gutturalis est, & propte-
re a non patitur sub se sceua simplex.
vide par. 1, cap. 3, ap. nu. 3. Hoc autem
loco propter accentum distinctiuū,
ne sceua quidem est, sed camets. vide
par. 2. cap. 5, num. 2. Porrò D. Hiero-
nymus, qui vertit confluente, & L x x.
interpretes, qui verterunt illumina-
mini, non legerunt **נַהֲרָוּ**, sed in impe-
rativo **נַהֲרָוּ**.

] *וּפְנִיהם* & facies eorum. Litera **וּ** ha-
bet punctum in ventre loco sceua,
quia præcedit literam labiale, ni-
mitum **ו**. vide par. 4, cap. 2, num. 9. Il-
lud autem **פְנִיהם**, nomen est plurale
cum

cum affixo, radix est פְנַהָה, aspexit, inde fit nomen פְנִים, facies, & solum inuenit in numero plurali. In regimine facit פְנִי, & cum affixo פְנִיהם, facies eorum. vide par. 2, cap. 4. Est autem obseruandum, D. Hieronymum, & Lxx. qui verterunt, facies vestræ non legisse פְנִיכֶם, sed פְנִיכָם.

אֲלָ] non. Aduerbiū negandi, si-
cut etiam אֲלָ. vide par. 4, cap. 1, nu. 4.

וְחַפְרוּ } confundentur. Tertia perso-
na pluralis futuri Kal., à verbo חַפֵר,
quod est, erubuit, & confusus est. Ha-
bet autem sub litera jōd punc̄tum se-
gol, propter sequentem gutturalem.
vide par. 3, cap. 1. & sub litera n̄ habet
ſceua simplex pro composito, quia
sequitur daghes lene. vide par. 1, cap.
3, ap. numer. 2. Denique sub litera ש
habet camets pro ſceua, propter ac-
centum distinctiuum. vide par. 2, cap.
5. num. 2.

VERVS VI.

audiuit, Dominus & clamauit, pauper iste
 שָׁמַע יְהוָה קָרָא עֲנֵי זֶה
 scameungh vadonai kara nghani ze
 eum. saluauit eius angustiis omnibus ex &
 וְכֹל הַשִּׁיעָן צְרוֹתָיו וּמְכֻלָּה
 hosingho tsirothau vniccol

¶) Iste. Pronomen demonstrati-
 um, generis masculini, iste, hic. vide
 par. 2, cap. 4, num. 4.

¶) pauper, à verbo עַנְיָה, quod est,
 humiliis, & pauper fuit, fit nomen עַנְיָה,
 pauper, ubi, est loco הַ ultimæ radí-
 calis.

¶) clamauit, est persona tertia
 singul. præteriti masculini generis, &
 proinde ipsa radix.

¶) audiuit, est etiam ipsa radix,
 dicimus enim עַמְשָׁה, & עַמְשָׁה. vide par.
 3, ca. 2, nu. 3. Porro patach sub litera y
 est additum, propter pronunciatio-
 nem literæ y. vide par. 1, cap. 2.

¶) וּמְכֻלָּה Vide supra versu 4.

צְרוֹתִי] angustiis eius, à verbo צָרַת, quod est, angustiis affecit, sit nomen fœmininum צְרוֹתִי, angustia. In plurali צְרוֹתִים, angustiæ, cum affixo tertiaræ personæ צְרוֹתִין, angustiæ ejus. vide p. 2, c. 4, n. 6.

יְשֻׁעָה] saluauit eum. Radix est יְשֻׁעָה, vnde fit יְשֻׁעָה, salus. Inde verbum in Hiphil, יְשֻׁעָה, saluauit: Vide quiescentia Pe Iod, vide par. 3, cap. 4. addito affixo, fit יְשֻׁעָה, saluauit eum. vide par. 3, cap. 6, numer. 6. Inde est nomen יְשֻׁעָה Iesus. Nec enim scribi debet יְשֻׁעָה, ut per contemptum Iudei scribūt, neque παῦλος, quod salutem, non salvatorem significat, sed γεννητόν, quod semper Lxx. interpretes verterunt in σωτήρα, vnde est Latinum, Iesus, quod nomen fuit etiam Iesu Naue, & Iesu Iosech, qui typum gesserūt Salvatoris nostri: quod denique veram habet formam nominis proprij, & Salvatorem significat, quam Iod initio posse.

positum sit proprij nominis forma-
tium, & reliquæ literæ sint verbi
יְשַׁׁחַד, quod est saluare.

¶

VERVS VII.

circa	Domini	Angelus	Castrametatur
סְבִיב	יְהוָה	מֶלֶךְ	חֹנֶה
sariv	Adonai	maleac	Chone,
	cos. eripuit &	cum timentes	
	וַיְחַלֵּצֵם	לִירָאָו	
	valechallesem	lireau	

חֹנֶה Castrametur. Participium præsens à verbo חָנַה, quod propriè significat, castramatus est. Sed quia carent Hebræi præsenti tempore Indicatiui, & pro eo vtuntur plerumque participio præsenti, ideo חָנַה rectè vertitur, castrametur, siue circundat more castrorum. Vide inflexionem verborum quiescentium la-
med he: vide par. 3, cap. 4.

מֶלֶךְ Angelus. Nomen est hee-
manticum, deductum à verbo לְאַקְרֵב, iusitato, per additionem p. vide

V par

par.2,cap.2,ap.

סְבִיבָה] Præpositio est, significatq; in circuitu, in gyro, circa: à verbo סְבַבּ, quod est, circuire. vide præpositiones, par.4.cap.1,num.22.

לִירָאוֹן] timentes eum. Litera ל est articulus, & habet chiric loco duorum sceuam, quorum vnum sub jod, alterum sub ipso lamed esse debuisset. Eadem enim est ratio literæ ל, & literæ י, quod attinet ad puncta subiecta: de quo vide par.4,cap.2.num. 11. & 14. Remota igitur litera lamed, sequens dictio integra est יְרָאוֹן, quæ quidem est participium generis masculini, numeri pluralis cum affixo, à verbo יָרַא, timuit. Participium enim est etiam יְרָא, nec à præterito ullo modo differt. vide par.3,cap. 2, Circa participium, &c. Porro יְרָא, timens, in plurali facit יְרָאִים, timentes, iuxta eugsr lamutationis punctorum. vide par. 2, cap.5. Nunc de polysyllabis, &c.

&c. & cum affixo יְרִיאוּ timentes eum.
vide par. 2. cap. 4. num. 5.

מִצְלָה וְ & eripuit eos. Litera וְ est ser-
u lis, vertitq; significationem futuri in
præteritum. vide par. 4. cap. num. 13.
Vox autem מִצְלָה est persona tertia
generis masculini, numeri singularis
futuri, in conjugatione Piel, cum affi-
xo tertiae personæ pluralis masculini
generis. Radix est מִצְלָה, recessit: inde
מִצְלָה, remouit, eripuit: inde in futuro
מִצְלָה, eripiet, & cum affixo מִצְלָה, eri-
piet eos, & cum vau versuo מִצְלָה, &
eripuit eos. vide de affixis verborum
in Piel, par. 3, cap. 6, num. 23.

Obseruandum est D. Hierony-
mum, & Lxx. interpretes, qui verte-
runt, & eripiet eos, non legisse vau
cum patach. sed cum chiric, hoc mo-
do. מִצְלָה, & eripiet eos.

ט

VERVS VIII.

Dominus:	bonus	quoniam	videte &	Gustate,
יְהוָה	טוֹב	כִּיְדָם	וַיַּרְאֵן	טוּמֵן
Adonai	tb̄	chi	v̄reū	Tangham
co.in	sperabit		vir ille	beatus
בָּן	יְחִסְתָּה	הַגָּבֵר	אֲשֶׁרְיָה	
bo	iechse	hagghever	ascre	

טַעַמְנָה] Gustate. à præterito טַעַמָּה, gustauit, fit in Imperativo secunda persona pluralis טַעַמָּו, gustate: vbi patach est sub prima radicali pro sceua, aut chiric, propter sequentem gutturalem. vide par. 3, cap. 2, obseru. Kal.

רָאַתְּךָ] videte. à præterito רָאַתְּךָ, vidit, fit in imperativo רָאַתְּךָ, vide, & רָאַתְּךָ, videte. vide inflexionem verborum quiescentium Lamed he.

כִּי) Conjunctio est, significatque quoniam, quod, quia, & similia. vide par. 4, cap. 1, num. 24.

טוֹב) bonus. à verbo טֻוב, quod significat, bonus fuit, nomen טֻוב, bonus.

nus. Sciendum est autem subintelli-
gi verbum substantiuum, quum di-
citur, gustate, & videte, quoniam bo-
nus dominus.

beatus. A radice **אָשֵׁר** fit ver-
bum **אָשָׁר**, beatificauit, & nomen
בְּשָׁרִי, beatus, & beati. Est enim verius-
que numeri, licet formam præseferat
nominum numeri pluralis, & in re-
gimine existentium.

הַכֹּר) ille vir, o ἄνης Litera n seruialis
est, vim habens pronominis demon-
stratiui, more Græcorum articulo-
rum. Punctum ejus solenne est pa-
tach sequente daghes. vide par. 4, ca.
1, num. 9. Nomen autem **כֹּר** fit à ver-
bo **כְּרֻר**, quod est roborare, & ideo
propriè significat virum, qui etiam
apud Latinos à viribus sic appella-
tur.

הַסְפָּרָה) sperabit. Futuri tertia perso-
na singularis, generis masculini, à
verbo **סִפְרָה**, sperauit. vide inflexionem

V 3 verb

verborum quiescentium Lamed he,
par.3,cap.4. Cur autem sub litera jod
sit segol, & sub chet gutturali sit sce-
ua, vide par.3.cap.2, obseru.6,& par.
1.cap.3, ap. nume. 2. Et quamuis חסן
sit futurum, tamen rectè vertitur à
D.Hienymo, & à lxx. interpretibus
per tempus præsens. Utuntur enim
Hebræi futuro pro præsenti, præser-
tim quando significatur continua-
tio actionis, vel habet vim modi po-
tentialis, ut sit, confidit, pro confidere
solet. vide par.3,cap.1. Notandum est
etiam deesse hoc loco pronomen re-
lativum, & subintelligendum esse, qui,
vide par.4,c.5.

וְנִבְּנֵי in eo. Litera servilis cum affi-
xo. vide par.4,cap.4,num.16.

VERSVS IX.

non	quoniam	eius:	sancti	Dominum	Timete
אַיִל	כִּי	כִּי	קָדוֹשׁ	אֱתֹה יְהוָה	יראָה
ex	chi		ke toscia	Adonai eth	Ieru
					defect

eum. timentibus defectus
ליראיו: מחסור
 lireau. machsor

וַיַּרְא יְהוָה Timete. Secunda persona pluralis numeri, generis masculini, modi imperatiui, à verbo וַיַּרְא, timuit. Et quidem secundum regulas deberet esse Imperariuus, וַיַּרְא, time, וַיַּרְא, timete. vide par. 3, cap. 5, numer. 2. Quia tamen à verbo etiam קָרְבָּן, vidit, fit וַיַּרְא, videbunt, ne ista verba confundātur, in priori dicimus וַיַּרְא, cum Aleph penitus quiescente.

קָדוֹשׁ] sancti eius, à verbo קָרַב, sanctus fuit, deducitur nomen קָדוֹשׁ, sanctus in plurali קָדוֹשִׁים, sancti, cum affixo קָדוֹשִׁי, sancti ejus. vide de mutatione punctorum par. 2, cap. 5, nu. II.

כִּי] Vide supra versu 8.

אֵין] Adverbium negandi. vide par. 4, cap. 1, num. 4.

מַחְסָר] defectus, à verbo חַסֵּר, deficit, formatur nomen per additio-

V 4 nem

nem, quæ vna est ex literis Hebreo-
manticis, defectus, in opia. vide
par. 2, cap. 2. Per additionem, &c.

ליראיו: *limentibus eum. vide sup. v. 8.*

כ

VERVS X.

Dominum quærentes & esurierunt: & egerunt Leunculi

כפירים רשו ורעבו ודורשו זהות Adonai pedoresce veranghevis rasciu Chephirim

bone. omni deficient non

לא יחדרו כל- טוב כלה tor col iachseru lo

} *Leunculi. à verbo fit no-
men, בְּנֵי, & significat propriè leun-
culum jam grandiusculum, & ad
prædandum idoneum, ut patet ex li-
bro Ezech. cap. 19. vers. 3: & per me-
taphoram intelligitur tūm hoc loco,
tūm apud Ezech. per leunculum ho-
mo diues, & potens, alienorum bo-
norum cupidus, direptorq;.*

רשו] eguerunt. Tertia persona plu-
ralis, præteriti, à radice וָיַגַּע, eguit. Sic
aut

autem flectitur præteritum, רְשָׁתָה רְשָׁתִי. vide quiescentia nghain vau, par. 3, cap. 4.

רְעַבּוֹ) esurierunt. à רְעַבּ, esuriit, inde in tertia persona plurali רְעַבּוֹ, esurierunt, & propter accentum distinctum רְעַבּוֹ. vide par. 2, cap. 5, num. 2.

דָּרְשֵׁי) quarentes. Est participium actionis numeri multitudinis in regimine, à verbo דָּרַשׁ, quæsiuit. Hinc enim דָּרְשֵׁי, querens, & in plurali דָּרְשִׁים, & דָּרְשִׁי, quærentes.

לֹא) non. Aduerbium negandi.

יְחִסְרָה) deficient. à verbo חִסֵּר, defecit, fit futurum חִסְרָה, deficient. vide par. 3, cap. 2, num. 6.

כָּל) omnis. Vide supra versu. 1.

טוֹב) bono. Etsi propriè טוֹב est nomen generis masculini, vnde fit fœmininum טוֹבָה, bona, & Hebræi plurunque vtuntur fœminino pro neutrō, quo carent, vt D. Hieronymus docet in cap. 7. Ecclesiastæ, tamen v-

V s tun-

cuntur etiam non raro ipso masculino, ut hoc loco, & alibi.

ל

VERSVS XI.

Domini timorem me, audite filij, Venite
 לכו בנים שמעו לְיִדְתָּה יְהוָה שְׁמַעֲנָה
 Adonai ureath li scimnghu panim Lechu
 vos. docebo
 אל מְרֻבָּם alammedchem.

[לכו] *Venite*, secunda persona pluralis imperatiui, à verbo יְלֹךְ, venit. vide inflexionem quiescentium Pejod par. 3, cap. 4. Sciendum tamen est verbū יְלֹךְ non esse in usu in præterito, & participiis, sed pro eo usurpari verbum חָלֵךְ, quod idem significat, sicut è contrario verbum חָלֵךְ raro est in usu in infinituo, imperatiuo, & futuro, & pro eo usurpatur verbum חָלֵךְ.

[filij] *filij*, à verbo בָּנָה, ædificauit, fit nomē בֶּן, filius, quia filius est quasi

si opificium quoddam patris: in pluri-
rali בְּנִים, filij, in fœminino בָּת, pro
filia, in plurali בָּנִות, filiaæ. vide par.
2, cap. 5. except. 2.

שְׁמַע] audite, imperatiuus à radi-
ce שָׁמַע, sicut à לִמְדֹר fit לִמְדֹר. vide par. 3.
cap. 2. conjug. Kal.

לִי] Articulus cum affixo primæ
personæ. vide par. 2. cap. 4. numer. 2, &
quamquam הַ fere est articulus geni-
tiui, aut datiui, tamen interdum e-
tiam seruit accusatiuo. vide par. 2.
cap. 2.

יִרְאָת] timorem à verbo יָרַא, timuit,
sit nomen fœmininum הִרְאָה, timor,
& in regimine genitiui הִרְאָת. vide
par. 2, cap. 2. Regimen, &c.

אֶלְפְּדָכֶם] docebo vos. Prima persona
futuri Piel cum affixo, à verbo לִמְדֹר, di-
dicit. Vide inflexionem sine affixo,
par. 3. capite 2, & cum affixo par. 3. ca.
6, nu. 23.

¶

ט

VERSUS XII.

dies	diliger	vitam?	vult qui	vir ille Quis:
ימים	אהוב	חיה	החפץ	מִרְאֵישׁ
iamim	ohav	chayim	bethaphets	haisc
				מי
		bonum		videndum ad
				לראות
			tor	lireoth

ט] *Quis*, Pronomen relativum, & interrogatum, quod de solo homine dicitur. vide par. 2, cap. 4, nu. 8.

ט) *ille vir*. Litera ה deseruit demonstrationi, habet camets pro patach, quia sequens litera non est capax daghes. vide par. 4, cap. 2, num. 9. Vox אֲשֶׁר est ipsa radix, & significat virum, ut à fœmina distinguitur, & ponitur pro marito siue masculo. Inde נָשָׁה, mulier, fœmina, vxor. Dicitur etiam שָׁנָה unusquisque, quilibet, quicunque. Deest hoc loco verbum substantium de more Hebræorum, integra enim sententia est, *Quis est ille vir?* vide p. 4, c. 4. n. 6.

ח

[**וְהַנִּזְנֵן**] qui vult. Litera **נ** præposita participio, seruit loco relatiui **שׁנָּא**, qui, & habet segol, quia sequitur gutturalis affecta puncto camets. vide par. 4, cap. 2, nu. 9. except. 1. Vox autem **וְהַנִּזְנֵן** est participium, à verbo **וְנִזְנֵן**, voluit. Hebræi pro præsenti, quo carent, vtuntur participio, præcedente pronomine. vide par. 3, cap. 1. Secundo loco, &c.

וְיַחַד *Vitam*, nomen est pluralis numeri, nec habet singularem, vt apud Latinos opes, deliciæ, angustiæ, &c. deducitur à verbo **וְחַדֵּחַ**, vixit. vide par. 2, cap. 2, num. Porro, &c.

אָוֹהֶב) A præterito **אָהַב**, dilexit, fit participium numeri singularis **אָוֹהֶב**, diligens, sed explicatur per præsens, diligit, quia pertinet huc etiam relatum præfixum participio **וְחַדֵּחַ**.

וְיַמִּים] *dies*. Radix est **יוֹם**, dies, in pluri- rali **וְיַמִּים**, dies, vide par. 2, cap. 5, num. 8, except. 1.

לראות

לְרֹאֹת ^ג ad videndum. Infinitiuus est cum literā lamed formatrice gerundij, à verbo רָאַה, vidit. inflexionem huiusmodi verborum habes: vide p. 3, cap. 4. De literis formatricibus gerundiorum vide par. 3, cap. 2, num. 5. Habet autem litera lamed sub se chiric pro sceua, ne duo sceuam initio concurrant. vide par. 3, cap. 2, num. 5.

טוֹב ^ג bonum. D. Hieronymus, & Lxx. interpretes, qui verterunt, dies videre bonos, non ad verba, sed ad sensum, respexisse videntur. Nam טוב singulare est, & in plurali habet טובים.

ב

VERSUS XIII.

tua labia &	malo, à	tuam linguam	Custodi
וְשִׁפְתָּךְ	מֶרֶע	לְשׂוֹנָךְ,	נְצֹר
u sephat hecha	merangh	lescion echa	Netfor
	dolum.	loquendo à	
	מְרֻמָּה:	מְרֻבָּר	
	mirma	middaber	

נְצֹר ^ג Custodi. Imperatiuus à verbo
נְצֹר

נָצַר, custodiuit, esse debuit יְצַר custodi. vide defectiua Pe nun, par. 3. ca. 3. Tamen interdum etiam verba ista defectiua sequuntur normam perfectorum, ut hoc loco אֲנָצַר sic נָצַר sic, si- cut אֲלָמֹד sic לְמֹד. vide par. 3, c. 2, Kal, & cap. 3.

לִשְׁוָנָה) linguam tuam. à verbo לִשְׁוָנָה inusitato sit nomen לִשְׁוָנָה, lingua, in regimine לִשְׁוָנָה, cum affixo לִשְׁוָנָה, linguam tuam. vide par. 2. cap. 4, nu. 5.

מֵרָע à malō. Litera מ seruit loco præpositionis à, ab, & habet tsere, quia sequens non capit daghes. vide par. 4, cap. 2, nu. 7. Vox autem יְרָע dedicitur à verbo יְרָע, malum esse. Dicimus enim יְרָע, malus, & malum, & רַעַיִם, mali, & mala, & scribitur quidē fere יְרָע, tamen hoc loco propter accentum distinctium habet camets. vide par. 2, cap. 5. num. 2.

וּשְׁפָתִיךְ & labia tua. Litera ו seruit loco coniunctionis, &. Habet vero

pun-

punctum in ventre loco sceua, propter sequens sceua. vide par. 4, cap. 2. num. 9. שְׁפָתִים est nomen pluralis numeri, cum affixo. Radix est שֶׁפֶת, labium, in duali שְׁפַתִּים, labia, & cum affixo שְׁפַתְּךָ, labia tua. vide par. 2. cap. 4. num. 5.

לֹקֵחַ à loquendo. Infinitiuus cum litera מ formatiuia gerundij, in conjugatione Piel, à herbo לְבָרֶס, quod est, loquutus est. vide par. 3. cap. 2.

מְרֻמָּה dolum. nomen fœmininum heemanticum. Deriuatur à radice רַמָּה, fraudavit. vide par. 2, cap. 2. ap. Per additionem, &c.

VERSUS XIV.

quare bonum: fac & malo à Declina

שְׁבָקֵךְ וְעַשֵּׂה טֹוב מְרַע סָר
bakkefē tor vangbase merangh sur

eam. persequere & pacem

וְרַדְפֵהוּ שְׁלָום
verodphēhu sealom

סָמֵךְ à Declina. imperatiuus à præterito

terito ס in Kal ex quiescentibus
nghain yau. vide par. 3. cap. 4. Kal.

בְּרַע) à malo. vide superiori versu.

תְּשִׁיּוֹן) & fac. Litera i seruilis est si-
gnificans, &. Habet autem sub se pa-
tach, quia litera sequens est guttura-
lis. vide par. 4. cap. 2. num. 11. Vox au-
tem הַשְׁׁיָּה, est imperatiuus in kal à
præterito הַשְׁׁיָּה, fecit. vide inflexio-
nem par. 3. cap. 4. Habet verò הַשְׁׁיָּה
pro sceua simplici sceua composi-
tum sub prima radicali, quia ea litera
gutturalis est.

טוֹב) bonum, vide sup. ver. 8. & 12.

שְׁקַדְמָה) quære, imperatiuus in Piel,
à præterito שְׁקַדְמָה, quæsiuit, part. 3.
cap. 2.

שְׁלֵום) pacem. nomen à verbo
שְׁלִם pacificum esse.

רְדִיףָה) persequere eam. Imperatiuus
cum affixo à præterito רְדִיףָה, perse-
quutus est. Imperatiuus est רְדוֹףָה, per-
sequere: sed propter affixum verti-

X tur

322 EXERCITATIO

tur sceua in camers chatuph, & cho-
lé in sceua, & addito affixo fit
בְּרִרְפָּהּ. vide par. 3. cap. 6. num. 15. & 20. No-
ta etiam illud חַזֵּה esse affixum pro-
prium verborum. vide par. 3. cap. 6.
num. 4.

y

VERVS XV.

ejus aures &	justos:	ad	Dミニ	Oculi
וְאֹזֶןְיוֹ	אֲלֵי צְדִיקִים	יְהֹוָה	עַיִןְיוֹ	
veoznau	tsaddikim	el	Nghene	
		Adonai		
		clamorem ad		
		אֲלֵי שְׁוֹעָתָם :		
		sciavinghatham	el	

]^{עַיִן} Oculi. Radix est ^{נָבָע} y, oculus:
in duali ^{עַיִנִים} . oculi , & in regimine
^{עַיִן}, vide par. 2. cap. 1. nu. 6. & cap. 5.
num. 14.

]^{אֲלֵי} ad, præpositio. Vide suprà,
ver. 5.

]^{צְדִיקִים} Justos , à verbo צְדִיקָה , justus
fuit, sit nomen sex ponctorum צְדִיקָה ,
justitia , & צְדִיקָה , justus , in plurali
צְדִיקִים , justi. vide part. 2. capit. 1. nu. 4.

ANG

אָוְנִי ^ל aure ejus. Radix est in, au-
ris, in duali אָוְנִים cum affixo אָוְנוּ: vi-
de de mutatione horum pectorum,
par. 2, cap. 4, &c 5.

שְׁוֹעַת ^ל clamorem eorum. à verbo
שׁוֹעַת, clamauit, fit nomen fœmininum
שְׁוֹעַה, clamor, in regimine שְׁוֹעַת, cum
affixo שְׁוֹתָה, clamor eorum. vide pat.
2, cap. 5, numer. 5.

פ

VERSUS XVI.

perdendum ad malum, facientes in Domini Vultus

לְהַכְרִית	רֵעַ	בְּעֹשֶׂה	יְהֹוָה	פָּנִי
lehabrith	rang	benghose	Adonai	Pene
corum. memoriam terra de				
זְכָרֶת:	מְאָרֶץ			
Zichram.	meeress			

Uultus. à verbo פָּנִה, aspexit, fit
nomen plurale פָּנִים: facies, vultus, &
per metaphoram, ira, furor: in regimi-
ne פָּנִים. vide supra versu 5.

בְּעֹשֶׂה ^ל in facientes. Litera בּ seruilis
est, deseruitq; loco præpositionis, in.
vide par. 4, cap. 2, num. 14. Vox autem

X 2 בְּעֹשֶׂה

שׁוֹי est participium numeri multitudinis in regimine, à præterito הָשַׁׁעַ, fecit. Dicimus enim הָשַׁׁעַ, fecit, הָשַׁׁעַ, faciens, מְשַׁׁעַ, facientes, יְשַׁׁעַ, facientes mali, siue malum, ut requirit Latina Syntaxis.

רַע] malum. Vide sup. 13. versu.

לְהַכְּרִית] ad perdendum. Infinitiuus cum litera seruili formatrice gerundij, in coniugatione Hiphil, à verbo בָּרַת, exidit, perdidit. Vide inflexionem par. 3. cap. 2.

מַאֲרֵן] de terra. Litera מ seruit loco præpositionis De, ex, ab, & habet tse-re pro chiric, quia sequens litera non est capax daghes. vide par. 4. c. 2. num. 7. Vox אַרְצָה est ipsa radix, & significat terram in genere.

זְכָרָם] memoria eorum, à verbo recordari, fit nomen זְכָרָם, memoria, זְכָרָם, memoria eorum. vide par. 2, ca. 4, nu. 5. De mutatione horum punctorum vide par. 2, cap. 5, nu. 18.

ל

צ

VERSVS XVII.

omnibus ex & audiuit, Dominus & Clamauerunt,

וּמְכֻלָּה	שָׁמַע	וְהִזְהָה	צַעֲקָה
umiccol	sciameangh	Vadonai	Tsanghaku
cos.eruit		eorum angustiis	

הַצְּיָלָם:

hittiflam

צְרוֹתָם

tsárotham

צַעֲקָה] Clamauerunt. Tertia persona præteriti pluralis Kal verbi פָּעַם, clamauit. Habet autem sub secunda thematis sceua cōpositum pro simplici, quia ea litera gutturalis est.

שָׁמַע] audiuit. vide suprà ver. 6.

וּמְכֻלָּה] ex omnibus. vide su.v.4.

אֶזְרָח angustiis eorum. à verbo fit nomen אֶזְרָח, in plurali אֶזְרָחוֹת, cum affixo tertiae personæ pluralis אֶזְרָחוֹת. vide par. 2, ca. 4, num. 5.

הַצְּיָלָם] eruit eos. à radice נָצַל fit in Hiphil חָצַל. vide Pe nun par. 3, cap. 3, & cum affixo הַצְּיָלָם. vide par. 3, cap. 6. num. 24.

P

VERVS XVIII.

attritos & corde: contritis Dominus Propinquus

קרוב יהוה לנשבריו לב ואת-דכני

dacree math lev lenischbere Adonai Karov

saluabit. spiritu

רוּחַ רוח

iosciangh ruach

ב קרוב *Propinquus*. nomen à radice
קרב, appropinquauit.

] **לנשבריו**] *contritis*. Litera ל seruilis
est, seruitq; pro articulo datiuo casus
vide par. 2. cap. 2. numer. 10. Vox au-
tem, **נשבריו** est participium numeri
multitudinis, in regimine, à verbo
שבר, in conjugatione Niphal. Dici-
mus enim שבר, contriuit. Inde in Ni-
phal נשבר, contritus est. Inde partici-
piū נשבר, contritus. In plurali
נשברים, contriti in regimine.

] **לב**] *cor*. Radix est לב, quod est
nomen integrum, & cor significat.
Inde per syncopen dicitur לב, & idē
significat. Vide de hujusmodi nomi-
num

num formatione par. 2. cap. 2. ap.

אָתָּה Articulus est accusatiui. Vide
par. 2. cap I. num. 15.

attritus. à verbo **רָכַא**, quod
in Piel significat, attriuit, fit nomen
רָכָא, attritus, in plurali, **רָכָאִים**, attriti,
in regimine **רָכָאֵי** vide par. 2. cap. I.
num. 13.

רוּחַ *Spiritus*, à verbo **רוֹחַ**, quod est,
respirauit, fit nomen **רוֹחַ**, spiritus, ven-
tus, mens: estq; nomen fœmininum
habens in plurali **רוֹחוֹת** vide par. 2.
cap. I. n. 3. except. Sunt, &c.

יְזַעֲנֵי *jaluabit*, futurum Hiphil à
radice **יָשַׁעַ**. vide supra ver. 6.

ג

VERSVS XIX.

omnibus his ex &	justi,	afflictiones	Multa
וּמְכֻלָּת	צְדִיק	דְּעֻות	רְבָות
<i>umicullam</i>	<i>tsaddic</i>	<i>rə'ughoth</i>	<i>Rabboth</i>
Dominus	cum eruet		
יְהֹוָה :	וְצִילָנוּ		
<i>Adonai</i>	<i>iāsilennu</i>		

רְבָות *Multæ*, à verbo **רָבַב**, multi-

X 4 plic

plicauit, fit nomen רַב, multus, רְבִיס, multi, & in fœminino רְבָה, multa, in plurali רְבִים, multæ: vbi punctum da ghes est propter defectum alterius ב radicalis. vide par. 2. cap. 5.

רְעֵית] mala, afflictiones. à verbo רָע, malus fuit, fit nomen רָע, malus, רְעֵים, mali, רָעָה, mala, רְעִות, malæ. Remanet autem ubique camets sub prima radicali, ad significandum defectum secundæ radicalis. vide par. 2. cap. 5. nu, 7. vbi etiam notandum tūm רָע, tūm רָעָה accipi in Scripturis, & pro adjectivo, malus, & mala, & pro substantivo, malum, seu malitia, siue afflictio.

צְדִיק] justi. Vide suprà ver. 15.

וּמְכֻלָּם] Et ex omnibus illis. Litera vau est seruilis, significans & habetq; punctum in ventre, quia litera sequens est labialis. vide par. 4. cap. 2. num. ii. Litera מ est etiam seruilis, significans, ex, habetq; chiric sequen-

te

te daghes, quia integra præpositio
est בְּ, sed ultima litera ornatus gra-
tia abjicitur, & ejus defectus notatur
per daghes infixum in sequenti lite-
ra. vide par. 4. cap. 2. num. 7. Illud au-
tem קָלָם compositum est ex בְּ, id
est, omnes, & בְּ, id est, ipsi. Et quidē
בְּ, de quo suprà versu 1. cum affixis
mutat cholem in kibbutz, quia tunc
incipit apparere daghes forte, quod
latebat in litera בְּ, ob defectum alte-
rius בְּ radicalis. Radix enim est בְּ,
perfecit, nec potest commodè ante
daghes forte poni longum punctū.
Itaque ex בְּ & בְּ, sic בָּלָם vide par. 2.
cap. 5.

] eruer eum. à radice נִצְלָנָה fit
præteritum in Hiphil הַצִּיל, eruit: in-
de est futurum הַצִּיל eruet, & cum af-
fixo נִצְלָנָה, eruet eum. Vide suprà
versu 4.

X S ו

ט

	V E R S V S X X .	Custodiens
eis ex סְהִנָּה mehenna	vnum אַחֲת achas	ejus: ossa omnia בְּלֹעֵצְמֹתָיו nghatsmoshau col
		contritum.est non לֹא nischara
		lo

שָׁמֶר] Custodiens. à præterito שָׁמֶר, custodiuit, fit participium שָׁמֶר, custodiens, quamquā etiam rectè vertitur, custodit, à D. Hieronymo, & à Lxx. interpretibus, quia Hebræi saxe ptuntur participio præsenti, pro præsenti indicatiui, quo carent.

עַצְמֹתָיו] ossa ejus, à verbo עַצְּיָּה, roboravit, fit nomen עַצְּיָּה, os, robur, fortitudo, in plurali עַצְּמֹתִים & תִּצְּמֹתִים, ossa; inde cum affixo עַצְמֹתִין, ossa ejus.

וְאַחֲרָה] vna, est numerus cardinalis generis fœminini, sicut etiam os ossis hoc loco est generis fœminini. vide tabellam numerorum par. 2., cap. 3.

סְהִנָּה

מִהְנָה *J* ex eis, præpositio cum pronome generis fœminini numeri multitudinis. vide par 2. cap. 4. nume. 2. Est autem daghes in litera nun post longam vocalem ratione accentus. vide p. 1. c. 2. ap. 2.

לֹא *J* non. Aduerbium negandi. vide par. 4. cap. 1. num. 4.

נִשְׁבַּדָּה *J* contritum est. à radice **שְׁבַר**, contriuit, fit præteritum in Niphal, **נִשְׁבָּר**, contritus est, & in fœminino **נִשְׁבָּרָה**, contrita est. Vertimus tamen hoc loco, contritum est, quia os apud Latinos est generis neutri. Porro sub litera **בָּ** est camets pro sceua, propter accentum. vide par 2. cap. 5. num. 2.

ת

VERVS XXI.

qui oderunt &	malitia,	impium	Interimes
וְשׁוֹנָאֵי	רָעָה	רָשָׁע	תָּמוֹתָה
resonee	rangha	rasiangh	tomotheth
			instum

desolabuntur. iustum

יאשְׁמָה זָדִיק

iescamu isaddik.

תְּמוֹתָה Interimet. à verbo מַתָּה, mor-
tuus est, fit in conjugatione Poel
מוֹתָה, interemit, inde in tertia per-
sona futuri generis fœminini, numeri
singularis תְּמוֹתָה, interimet. Vide in-
flexionem par. 3, cap. 2, conjug. 5, &
c. 4, quiescentium nghain.

רַע Impium. à verbo עֵשֶׂה, impius
fuit, fit nomen עֵשֶׂה, impius.

רַעֲנָה malitia. Vide versu 19.

שְׁנוֹאָה qui oderunt. à præterito שְׁנוֹאָה,
odit, fit Benoni שְׁנוֹאָה, odiens, qui o-
dit, in plurali שְׁנוֹאָה, odientes, & in
regimine שְׁנוֹאָה: participia enim fle-
tuntur more nominum.

צדיק iustum. vide suprà versu 15,
deberet quidem verti, iusti, quia ge-
nitiui casus est apud Hebræos, tamē
vertimus justum propter Latinam
Syntaxim.

אֲשֶׁר

וַיָּאֶשְׁמֹן [delinquent, vel desolabuntur: à præterito אָשָׁם, deliquit, seu desolatus est, fit futurum יָאֶשְׁמָן, delinquēt, siue desolabuntur. Ponitur autem hoc loco eamets pro sceua, sublitera ו, propter accentum distinguentem. vide par. 2, cap. 5, num. 2.

פ

VERVS XXXII.

non & suorum, seruorum animam Dominus Redimens

ולא	עֲבָרִיו	נֶפֶשׁ	יְהוָה	פָּרוֹה
velo	ugħarġadha	nephesh	Adonai	Pode

eo. in confidunt qui omnes desolabuntur

בָּו :	כָּל—	הַחֹסִים	יָאֶשְׁמָן
bo	hachosim	col	iesciemus

פָּרוֹה [פָּרוֹה Redimens, à præterito פָּרוֹה, redemit, fit Benoni פָּרוֹה, redimens, hoc est, redimit.

נֶפֶשׁ [נֶפֶשׁ animam, est ipsa radix, siue primitium nomen.

עֲבָרִיו [עֲבָרִיו seruorum suoram, à verbo עבר, seruiuit, fit nomen עֲבָרִיו, seruus: in plurali עֲבָרִים, serui, in regimine עֲבָרִיו, & cum affixo עֲבָרִיו סְמִיךָ.

חחו



334 EXERC. IN PS. XXXIII.

qui sperant. Literā η præposita participio seruit loco pronominis relatiui. Illud autem σ ειν est participium, à verbo $\eta\sigma\eta$, speravit. Hinc enim sit participium $\eta\sigma\eta$, sperans, & in plurali σ εισι, sperantes: vertimus tamen, qui sperant, quia utuntur Hebrei participio loco præsentis temporis, & tunc maxime quum præcedit pronomen.

) in eo. præpositio cum affixo.
vide Quiescentia Lamed He, par. 3:
cap. 4.

FINIS, LAVS DEO:

